A καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ, καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι συμβέβηκεν. οἱ γὰρ μὴ μετέχοντες τῶν ἀρχῶν, ἐκίνουν, ἕως μετέλαβον οἱ πρεσβύτεροι πρότερον τῶν ἀδελφῶν· ὕστερον δὲ οἱ νεώτεροι πάλιν· οὐ γὰρ ἄρχουσιν, ἐνιαχοῦ μὲν ἅμα πατήρ τε καὶ υἱός· ἐνιαχοῦ δὲ ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ νεώτερος ἀδελφός· καὶ ἔνθα μὲν, πολιτικωτέρα ἐγένετο ὀλιγαρχία· ἐν Ἴστρῳ δ' εἰς δῆμον ἀπετελεύτησεν· ἐν Ἡρακλείᾳ δ' ἐξ ἐλαττόνων εἰς B ἑξακοσίους ἦλθε· μετέβαλε δὲ καὶ ἐν Κνίδῳ ἡ ὀλιγαρχία, στασιασάντων τῶν γνωρίμων αὐτῶν πρὸς αὑτοὺς, διὰ τὸ ὀλίγους μετέχειν· καὶ, καθάπερ εἴρηται, εἰ πατήρ, υἱὸν μὴ μετέχειν· μηδὲ εἰ πλείους ἀδελφοὺς, ἀλλ' ἢ τὸν πρεσβύτατον· ἐπιλαβόμενος γὰρ στασιαζόντων ὁ δῆμος, καὶ λαβὼν προστάτην ἐκ τῶν γνωρίμων, ἐπιθέμενος ἐκράτησεν· ἀσθενὲς γὰρ τὸ στασιάζον. καὶ ἐν Ἐρυθραῖς C δὲ, ἐπὶ τῆς τῶν Βασιλιδῶν ὀλιγαρχίας, ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις· καίπερ καλῶς ἐπιμελουμένων τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ, ὅμως διὰ τὸ ὑπ' ὀλίγων ἄρχεσθαι ἀγανακτῶν ὁ δῆμος, μετέβαλε τὴν πολιτείαν. κινοῦνται δὲ αἱ ὀλιγαρχίαι ἐξ αὑτῶν, καὶ διὰ φιλονεικίαν δημαγωγούντων. ἡ δημαγωγία δὲ διττή· ἡ μὲν, ἐν αὐτοῖς τοῖς ὀλίγοις· ἐγγίνεται γὰρ δημα- D γωγὸς, κἂν πάνυ ὀλίγοι ὦσιν· οἷον, ἐν τοῖς τριάκοντα Ἀθήνησιν, οἱ περὶ Χαρικλέα ἴσχυσαν, τοὺς τριάκοντα δημαγωγοῦντες· καὶ ἐν τοῖς τετρακοσίοις οἱ περὶ Φρύνιχον τὸν αὐτὸν τρόπον. ἢ ὅταν τὸν ὄχλον δημαγωγῶσιν οἱ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ ὄντες· οἷον ἐν Λαρίσῃ οἱ πολιτοφύλακες, διὰ τὸ αἱρεῖσθαι αὐτοὺς τὸν ὄχλον, ἐδημαγώγουν· καὶ ἐν ὅσαις ὀλι- E γαρχίαις οὐχ οὗτοι αἱροῦνται τὰς ἀρχὰς, ἐξ ὧν οἱ ἄρχοντές εἰσιν· ἀλλ' αἱ μὲν ἀρχαὶ ἐκ τιμημάτων μεγάλων εἰσὶν, ἢ ἑταιρειῶν· αἱροῦνται δὲ οἱ πολῖται, ἢ ὁ δῆμος· ὅπερ ἐν Ἀβύδῳ συνέβαινε· καὶ ὅπου τὰ δικαστήρια μὴ ἐκ τοῦ πολιτεύματός ἐστι· δημαγωγοῦντες γὰρ πρὸς τὰς κρίσεις, μεταβάλλουσι τὴν πολιτείαν· ὅπερ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐγένετο τῇ ἐν τῷ Πόντῳ. ἔτι δὲ, ὅταν ἔνιοι εἰς ἐλάττους ἕλκωσι τὴν F ὀλιγαρχίαν· οἱ γὰρ τὸ ἴσον ζητοῦντες, ἀναγκάζονται βοηθὸν ἐπαγαγέσθαι τὸν δῆμον.

γίγνονται δὲ μεταβολαὶ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ ὅταν ἀναλώσωσι τὰ ἴδια, ζῶντες ἀσελγῶς·

& apud Heracleam, & in aliis ciuitatibus accidit. Nam qui honores non ſuſceperant, res nouas moliri non ceſſabant, donec ipſi quoque honorarentur, primo quidem ſeniores ex fratribus, deinde iuniores. quibuſdam enim locis non ſimul ad rempublicam gubernandam recipiuntur filius & pater: alicubi verò frater ſenior ac iunior, & illic quidem paucorum potentia ciuilior facta eſt. In Iſtro autem ad populum recidit. In Hereclea verò à paucioribus ad ſexcentos deuenit. Mutata eſt & Gnidi paucorum potentia, ſeditione inter nobilitatem ipſam coorta, ex eo quòd pars eorum ab honoribus excludebatur: ſiquidem pater filium impediebat, & frater fratrem, nec niſi qui ſenior foret honorabatur. inſurgens enim populus per illorum diſcordiam, ac ducem nactus ex ipſa nobilitate, irruens peruicit. imbecillis enim aduerſa pars erat. Et apud Erythrienſes, in paucorum gubernatione regiarum vrbium antiquis temporibus, licet diligenter curarent qui in gubernatione illarum verſabantur, tamen quia perpauci erant, non tulit populus, ſed rempublicam mutauit. Mutantur etiam paucorum gubernationes ex ſeipſis, propter factiones ipſorum qui plus poſſe apud populum volunt. Hoc autem dupliciter fit. quandoque enim ſibi aſciſcunt, & coniungunt alios ex ipſo numero paucorum: vt Athenis in triginta illis fecit Charicles, & in quadringentis Phrynichus ſimili modo, quandoque verò ipſi, qui ſunt ex paucorum numero, vendicant ſibi plebem, vt apud Lariſſam, nobilitas plebem colebat, ex eo quia per plebem fiebat electio magiſtratus illius, qui cuſtodia reipublicæ vocabatur: & in quibuſcunque gubernationibus paucorum, non illi ipſi eligunt ad magiſtratus, qui & gerere illos poſſunt, ſed ex cenſibus magnis tribuuntur, vel ex aliquo corpore. electio tamen eorum per ciues fit, aut per plebem, vt Abydi, & vbi iudicia non ſunt ex his qui rempublicam gubernant, colendo plebem, quo eorum ſuffragia promereantur, rempublicam mutant, vt apud Heracleam contigit, quæ eſt in Ponto, quod idem accidit, quando in gubernatione paucorum quidam exiſtentes, ad pauciores etiam rempublicam trahunt. pares enim cæteris eſſe quærentes, compelluntur populum in ſui auxilium adhibere. Fiunt etiam mutationes in gubernatione paucorum, quando per luxuriam patrimonia conſumpſerunt prodigaliter viuentes qui gubernant,